













*[Faint, illegible handwriting on aged paper]*

*[Faint handwriting on the right edge of the page]*





1683.

- 1<sup>o</sup> Beckmann, Joh. Valth: De episcopibus et literariis  
clauentariis 3 Exempt. 1683, 1728 & 1744
- 2<sup>a</sup> Beckmann, Joh. Valth: De coronae apibus. 2 Exempt.  
1683 & 1744.
3. Beckmann, Joh. Valth: De quaranda. . .
4. Beckmann, Joh. Valth: De jure retractus.
5. Fisen, Joh. Berth.: De cive.
6. Fisen, Joh. Berth.: De lege imperfecta.
7. Krausz, Rudolphus Wilhelmus: De estornate
8. Lynckerus, Nicolaus Christophorus: De reliquis
- 9<sup>a</sup> Müllerus, Petrus: De instrumentis privatis eorumque  
probatione. 2 Exempt. 1719 & 1742.
10. Rothius, Henricus Balthus: De hominis mortui  
sepultura prohibita. . .
- 11<sup>a</sup> Roth, Henricus Balthus: De sumptibus conuivii  
nuptialis. 2 Exempt. 1683 & 1746.
12. Sagittarius, Caspar: Historia Northati archiepiscopi  
Magdeburgensis Premonstratensis Ordinis Conditoris.



1683.

13. Schiltnerus, Jo: Matrimonium.
14. Steuoglius, Philippus: De debitis feudatibus.
15. Steuoglius, Philippus: De testamento parentum inter  
liberos.
16. Steuoglius, Philippus: De pignoribus.
- 17 a, b, c, d. Stuve, Georgius Adamus: De admodatione  
4 Script. 1683, 1692, 1716-1736.
18. Stucosias, Georgius Adamus: De ensiferis.
19. Wedekind, Johannes Guertelus: De jure ludendi.
20. Wedelius, Georgius Waeffgangus, Decanus Facultatis medicae  
ad Disputationem inaug. Mauricii Harselti innotul.



Deae

Sal





L  
025  
I  
E  
O  
J





11693

AUXILIANTE DEO,

ET

Benevolo Amplissimæ Facultatis

Philosophicæ Consensu

DISPUTATIONEM PHILOSOPHICAM

DE

C I V E,

SUB PRÆSIDIO

DN. JOH. BERNH. FRISEN,

Philosoph. & J. U. D. nec non Præ-  
fecti Jenensis,

*Domini Patroni, Præceptoris ac Hospitis summa  
observantia colendi,*

Die 30. Junii A.O.R. clō Ioc LXXXIII.

In incluta hac ad Salam Academia,

*Publicæ Eruditorum disquisitioni  
exposuit,*

EMANUEL GOTTLIEB JANSEN,

Anhaltino-Cotheniensis.

A. & R.

J E N Æ,

Literis JOH. DAV. WERTHERI.



AUXILIANTE DEO.

ET

Benevolo Amplissimo Facultatis

Philosophicæ Consensu

DISSENTATIONEM PHILOSOPHICAM

DE

CIVILE

SUB PRÆSDIO

DN. JOH. BERNH. FRISSEN

Philosophi & J. U. D. Dec. non. Prae.

secti Jenensis

Doctoris Praeceptoris ac Hospitalis Praesidis

adversarius celeberr.

Die 30 Junii 1703. aet. 23. l. XXIII.

In inclita hac ad salam Academia

publicè examinatum approbatum

consensu

EMANUEL GOTTFR. JANSSEN

Philosophi Consensu

A. 1703.

L. V. A.

Locus Joh. Dav. WARTHEM.





A SON ALTESSE SE-  
RENISSIME  
MONSEIGNEUR  
EMANUEL  
LEBRECHT  
PRINCE D'ANHALT.

Monseigneur.

V<sup>o</sup>tre Altesse ne m'ayant pas seulement fait souvent participant de plusieurs graces & singulieres faveurs, mais aussi montré a present une infinité de marques de V<sup>o</sup>tre genereuse bonté, je meritois d'etre tenu pour la plus ingrate personne du monde, si je ne de-  
diois



diois pas a V. A. S. le premier fruit de mes études, pour luy témoigner mon obeissance & mon humble ressentiment. Pour cet effet je prens a cette heure la hardiesse, étant suffisamment assuré de l'honneur de sa bienveillance, que Vous ne me refuserez pas cette grace de mettre V<sup>ô</sup>tre Nom au frontispice de ces chetives pages, ce que ma jeunesse & la foiblesse de mon genie me dicte, suppliant tresbumblement V<sup>ô</sup>tre Altesse S. de les vouloir recevoir avec sa bonté ordinaire, & comme vous estes du nombre des personnes, qui ne regardent pas au present, mais a la volonté de celuy qui les offre, j'espere aussi, que V. A. S. ne dedaignera pas celuy cy, & qu'elle me permettra de luy protester, que ie suis avec tout le respect imaginable

De

V<sup>ô</sup>tre Altesse Sereniss.

*Le tres humble, tres obeissant & tres fidelle  
serviteur & sujet*

EMANUEL GOTTLIEB JANSEN.





§. I.



T eo pateat facilius, quid in praesenti per *Civem* intelligi velimus, ea primo, quæ ad nomen spectant, pro instituto paucis evolvenda sunt. *Civis* verò à *Cieo*, quod *juxta Aristot. 3. Pol. 1.* ex multis civibus societas civilis constituatur, dictus, sæpe in controversiam venit: Non enim eundem fatentur *Civem* esse. Tam late siquidem Philosophus de hujus *Vocis* ambiguitate differit, ut omnes *Respubl.* transcendat. Aliqui eos, qui *Patre & matre Civibus* nati, *Cives* dicunt; alii etiam ultra parentes id extendunt, simulque *Avum & Proavum* *Cives* fuisse exigunt. *Gorgias Leontinus partim fortasse ambigens, partim ironia utens, dixit: Quemadmodum mortaria essent, quæ à fabris mortariorum facta essent: Sic & Larissæos, qui ab opificibus Larissæorum facti forent. Esse enim quosdam opifices Larissæorum.* Cæterum stricto illo significato non accipiendum esse *civem*, ut tot generationes ad constitutionem ejus necessariae sint, & solum *cives* dicantur, qui tot majores *Cives* habuerunt, inde probatur, quod alias nullus dicendus erit *Civis*: qui enim condiderunt *Civitatem*, si *Cives* non sunt, neque posterii erunt; cum tamen communi gentium more jus *Civitatis* à patre in liberos soleat transmitti; indeque fiat, ut ea *Civitas* patria sit, in qua fortu-

A

na-



narum sedem quis habet, tanquam cuius jus à patre in  
liberos derivatur. *Dn. Pufend. dissert. Acad. 1. §. 11.* Adhæc  
Civis nomine insigniuntur, qui ob certum respectum,  
quem consecuti sunt, Cives dicuntur; ut civitate dona-  
ti, qui revera Cives non sunt, sed solum honorarii. *Pue-  
ri* etiam, nondum perfectæ ætatis, Cives appellantur, sed  
imperfectè & potentia tantum; sicuti *senes* effœti qui  
inde Civium nomine veniunt, quod olim verorum Ci-  
vium numero accensiti fuerint. Proprie autem *Aristo-  
teli* ille Civis est, qui in Civitate suffragiorum Imperii & ju-  
dicatorum jure gaudet.

§. II.

*Civis* vocatur Græcè *πολίτης*. Gallicè, un bourgeois.  
Italicè, Cittadino. Teutonicè, ein Bürger /cujus Syno-  
nima esse putant (1) subditum, (2) incolam, (3) colonos:  
sed minus rectè, cum inter hos & *Civem* proprie sic di-  
ctum multum discriminis intercedat. *Subditus* non vo-  
catur, nisi qui pareat, at potest Civis esse, imò optimus  
est, qui imperat. *Incola* & *Civis* quod differant, non  
est obscurum: *Incola* enim tantum de loco Civium  
participare videtur. *Arist. d. loc.* *Coloni* dicuntur, qui  
ad incolendum aliquem locum deducuntur, quemadmo-  
dum *Cornel. Nep. in vita Miltiad.* refert, quod *Athenienses*  
*Chersonesum* colonos voluerint mittere. *Coloni* ergo non  
significant tam Cives, quam eos, qui in Civium nume-  
rum jam referendi sunt, aut qui eodem exierunt.

§. III.

His, quæ ad Onomatologicum punctum attinent,  
breviter notatis, & cum sufficienter pateant, nunc reli-  
ctis,



ctis, ad rem ipsam pergimus. *Civem* delineare solent, quod sit *socius Civitatis*, vel is, qui in *Civitate* *judicii, suffragiorum & imperii particeps est* juxta *Aristotel.* 3. *Pol.* 1. Duplici conceptu, communi nimirum & proprio hæc definitio absolvitur. Conceptum communem constituit socius vel is qui particeps est. Quemadmodum autem conceptus communis sive genericus latius patet, quam id, cujus conceptus dicitur: Ita etiam in præsentī *Socius* de pluribus specie differentibus potest prædicari. Prædicari enim potest de *servis, peregrinis, &c.* qui omninò à Cive vere tali differunt. Conceptus proprius seu specificus his continetur: quod sit *Civitatis* scilicet *socius, vel judicii, suffragiorum & imperii particeps.* Per id enim, quod quis Civitatis socius vel consiliorum ac suffragiorum particeps habetur, & magistratum gerere potest, ab eo discernitur, cui ejusmodi potestas non est data.

§. IV.

Ut hæc percipiantur rectius, notandum venit, Civitatem, cujus socius Civis dicitur, considerari posse dupliciter (1) *materialiter*, (2) *formaliter*. Sicuti autem Civitas, materialiter si spectetur, spectatur ut actu republica nondum informata est, informari tamen potest, atque adeò potentia, non actu, regimen habet: formaliter verò si capiatur, consideratur prout actu certam Republicæ formam subit: Parili ratione *Civis* potest explicari, ut consideretur (1) quatenus potentia suffragiorum atque judicii particeps fieri potest, non actu est, (2) quatenus ipso actu non potentia tantum judicii & suffragiorum est particeps.

A 2

§. V.





## §. V.

*Civis* priori modo ille dicitur, in quo potentia est participandi iudicium, suffragium & imperium; vel, qui potest introducta Reipublicæ forma aptus reddi ad participationem prædictorum iurium. Ubi varius Reipublicæ status expendi debet, qui vel Monarchicus vel Polyarchicus. Si ergò in Civitatem Monarchicus introducendus sit status, quis tum Civis fieri possit, docet *Aristot. 3. Polit. 1.* & postea indicabitur: Si Polyarchicus, e. g. Aristocraticus, plures, iique meliores materialiter Cives sunt. Hoc modo Civem si sumimus, neminem latet, eum abstractum esse à magistratu & subiectione: Posteriori autem ratione Civis ille nuncupatur, qui in Civitate ad certam regiminis formam redacta actu particeps est iurium in definitione Civis expressorum, utut actu illa non administret; Nam id necessarium haud esse, nec constituere Civis formaliter sumptæ essentiam, eleganter, ni fallor, docet *Piccartus in Comment. ad Pol. Arist. l. 3. pol. 1. vers. πολιτης δ' ἀπλῶς εἶδενί.* Ad Monarchiam si respiciamus, in ea Cives non dabuntur, utrum ille penes quem summa rerum potestas seu majestas Civis dicendus ambigo, nec Aristotele sæpius *cit. loc.* reluctantante. Cæteros parentes potentia Cives appellare æque improprie fieri arbitror, quam iis nomen regis potentia attribuere. Si Polyarchiam e. g. Aristocratiam attendamus, optimates soli Cives sunt, subditi reliqui. In Democratia verò omnes istius societatis apta membra Cives sunt, & hi inter Cives primum sibi vendicant locum, cum ratio formalis ipsis simpliciter & absque emendatione competat, reliquis per participationem quandam.

## §. VI.



§. VI.

Hinc autem non est, quod quis existimet, allatam Civis definitionem ideo mereri virgulam censoriam, cum ipsa non ex æquo omni, qui Civis est & dicitur, convenire videatur. Notum enim est illis, qui non crassa Logices & Metaphysices ignorantia laborant, quod dentur *Communia ad unum*, h. e. duo vel plura uno eodemque nomine significata, quæ medium sunt inter univoca atque æquivoca, quorum natura definitionem omnibus numeris absolutam & cunctis competentem, respuit; Horum è numero etiam *Civis* est. Cum igitur Civem dicimus eum, qui *judicii, suffragiorum & imperii particeps* est, Civem primario talem definimus, quæ definitio, licet omnibus iis, qui Civium insigniuntur nominibus, in gradu excellentissimo non competat, iisdem tamen quædam ipsius ratio convenit. Et quemadmodum Rhetoris definitio, quam Cicero in libro suo, quem de Oratore edidit, habet, vix uni possit applicari, tamen idcirco nec vitio laborat nec Rhetores destituuntur: sic idem in nostro casu statuendum est. *Vid. DN. Velthem. qui in Instit. Metaphys. c. 6. not. 2. ad §. 6. istam rem egregie persecutus, hæc fecit verba: In Politicis norma perfectissima reliquorum Civium in quibusvis rebus publicis est Civis in Republ. populari, h. e. socius Civitatis, qui & suffragiorum seu deliberationum & magistratus & judiciorum jurisque de Republ. statuendi potest esse particeps: Si tamen Civi hæc desint, eidem id propter nomen omnisque definitionis pars non denegari debet nec verò potest. Cur multi hanc definitionem Civis ab Aristotele, Giphano, Piccarto, Scherbio, Contareno, Garymberto, Sigonio, Conringio, summis ac celeberrimis politicis traditam, laudatam, probatam exploserint,*



rint, rejecerint, aut ad minimum capere non potuerint, non miramur, utpote satis certi de eo, quod saltem non tota Philosophia practica ignorantia communium ad unum in quorundam imperitorum vocularum incurrat.

§. VII.

Cæterum, Rationem, cur Civis judicii & suffragiorum particeps haberi debeat, & quare hunc solum Civem appellavit Philosophus, non spernendam, Politici maximi nominis assignare consueverunt, scilicet, quod omnis Civis socius sit civilis societatis, & sit veri socii, suffragium ferre & sententiam de rebus ad societatem pertinentibus. Apertam autem implicet contradictionem, esse alicujus societatis verum socium, nec tamen jus suffragii in societate obtinere. Sed cum modo laudatus *Velth. in Instit. cit. c. 9. not. 7. ad §. 1.* præsentem rem solide expedierit, ideo huic ulterius in hære supersedeo, & sufficere poterit, si exemplo adhuc unico doctrinam illustrem hæctenus propugnatam, quo utitur *Contarenus de Rep. Ven.* ubi inquit: In animali sunt multæ partes, quibus indiget animal, quia tamen animatæ non sunt, in partium animalis numerum non veniunt. v. g. ungues, pili. Animata vero partes tanquam principales ponuntur & considerantur: Ita in Civitate servi quoque sunt, Inquilini aliique quibus Civitas indiget. Sed quia animati non sunt, id est, non participant animam Civitatis, quæ est *Resp.* ideo partes Civitatis, id est, Cives non vocantur.

§. IIX.

Quæ *Bodinus lib. 1. de Rep. c. 6.* adfert, ad evertendam Philosophi definitionem haut sufficiunt; nam ut ut  
quan-



quandoque pauci, quandoque plures sint in Civitate Cives, ad naturam ejus non attinet, numerus enim accidens est essentiam non ingrediens. Minus tamen recte quis ex actuali regimine numerum Civium colligeret, quippe ipsa actualis administratio actu operantem non Civem ut sic, qui solum particeps est jurium sæpius nominatorum, constituit. Sive vero pro diversitate temporis & status in Atheniensium Rep. modo pauciores modo plures extiterint, Bodinum non juvat, nec Civis naturæ, uti jam dictum, derogat. In Rebusp. ubi penes unum summa potestas qui Cives dicendi, nihilo magis prodest Bodino & jam tum in præcedentibus enucleatum. Bodini Civis definitio; *Civis est homo liber alienæ potestati subiectus*, in locum Aristotelicæ substituta, haud desideratum ab eo emendat defectum, non quidem quod vero genere ideo destituatur, quia absoluto non relativo definitur, nam & respectivorum absolutum genus constitui per relativam differentiam restrictum non est à principiis Philosophicis alienum; sed potius quia cum eo quod exponit institutum converti repugnat. Forenses siquidem liberi homines sunt & potestati summæ subiecti. *vid. Dn. Strauch. de Stat. Princ. tb. 35.* quos temere quis Cives appellaret, nisi Bodinus talem liberum hominem intelligat qui simul socius est. Sed tum potius respectu *Originis quam virtutis* civis esset expositus.

§. IX.

Hæc juxta mentem Aristotelis rectissime in medium prolata esse judico; sed cum Philosophorum Princeps in definitione *Civis* instituta Rerump. Græcarum  
maxi-



maximam partem liberarum respexerit, atque inde universalem Civis conceptum formavit. *Dn. Mej. Analys. l. 3. pol. Arist. n. 31.* non erit absolum, speciali hac Civis definitione nihil obstante, in reliquis quoque Rebus publicis & Civitatibus veros Cives esse, licet definiendi suffragiorum, imperii & judiciorum jure non valeant. Cum ipse Philosophus loco paulo ante citato *lib. nim. 3. pol. 1.* inculcet, Civitatem esse multitudinem Civium, adeoque Monarchicus status cum proprie Civitas sit, habeat quoque proprie Cives necesse est. Idem judicium sit de aliis Civitatibus. Quadrant huc, quæ *Jacobus Omphalus l. 2. c. 2. p. 113. de Civili Politia* ait: *Non tantum est Respublica, in qua ille ordo est institutus, ut res, id est, utilitas publica semper ex æquo spectetur, sed cuius etiam alii ordinata multitudini hac definitio competit, in qua quocunque modo res, id est, negotium publicum administraretur, sive id unice populi commodo, sive cum aliquo ejus incommodo fiat. Neque enim utilitas æqualis omnium Rerum publicæ norma est & regula, sed rectarum saltem: Tyrannis autem & cetera aberrationes non minus Rerum publicarum nomine veniunt, quam rectæ, quippe in quibus majestas, ordo imperandi & parendi, & cetera Reip. requisita reperiuntur: tantum abest utilitas æqualis finis sane rectis saltem Rebus publicis propositus. At quæ respublica non est recta, illa statim non desinit esse respublica in se.*

§. X.

Hinc porro sat evidenter elici potest, Cives extra Democratiam existentes non esse solum quodammodo Cives, secundum dici, nominatenus, per dependentiam  
quan-



quandam aut *ἀναλογίαν*, adeo ut omnium Civium commune genus non possit dari. Sane si dependentia Civium admittatur illa tamen ratione generis non est asserenda, cum enim omnis Civitas societas sit, sicque Cives complectatur, qui nomine sociorum veniunt, etiam genus Civium in Democratia existentium optimo jure applicari aliorum statuum sociis admodum ut fallor apertum est. Ut ut vero differentia de singulis prædicari non conveniat, hinc sequitur quidem specie differre Cives; quæ differentia operatur aliquem Civem talem non esse, non tamen simpliciter Civem non esse. Si vero omnem Civem participem judicii, suffragiorum & Imperii propugnes, tum quidem liqueret, Civem in nullo alio statu dari, sed erit forsitan tum impossibile, illam definitionem ratione aliorum tueri, ut ex dictis constat; nec aliud specialis Aristotelica definitio evincit, nec obtinere desiderat.

§. XII.

Quibus positis nulla est consecutio in hac vel illa Republica Opifices non gaudent jure suffragiorum, &c. itaque nec sunt Cives habendi, non quia nullam normam vel mensuram veri *Civis* constituat Civitas, nam illa omnino Civem, qui est socius istius Civitatis determinat & quidem conceptum generalem *Civis* constituit, sed quia singulis Civibus jura æqualiter non conveniunt. Quod vero hujus Reipubl. Cives plura vel pauciora jura quam alterius sibi vendicent, ad constitutionem *Civis* nihil attinet, sed ad essentiam hujus vel illius Reipublicæ *Civis* pertinet. Sicuti enim jura variant pro Rerump. diversitate, sic quælibet Resp. ex suis juribus in specie Ci-

B

vem



ven æstimat, adeoque non est licitum argumentari: Non est Civis hujus Reip. respectu, itaque Civis non est; pari ut modo nemo brutum animal inficiatur, eo quod ratione destitutum.

§. XII.

Manifestam contradictionem implicare, esse alicujus societatis verum socium, nec tamen jus suffragii in societate obtinere, verum est in societate, ubi socii æquali jure cuncti censentur, non tamen ubi inæqualitas perfertur. Sane ideo servum socium societatis herilis, quod Dominus ei Calceos non purget, negare, plus involvit absurditatis, quam socium jus suffragii non habere. Imo absurdum est in Democratia Civem esse, & ad suffragia, imperia & magistratus non admitti. Neque diffitendum est, quod in tali Republica jura è quorum communicatione & participatione Civem cognoscere licet, perfecte & manifeste se exserant, cum nulla ibi deliberatio instituat, nihil itidem definiatur, populo non consentiente & approbante. Sed à speciei negatione etiam perfectissimæ ad remotionem generis procedere, quam incongruum sit, regulæ Dialecticæ protestantur. Ne quidem id facile sum concessurus, perfectissimos Cives arguere etiam perfectissimum statum, adeoque Democratiam reliquis præferendam, non nescius Regnum potius esse cæteris paribus. Absolute tamen nec huic hanc prærogativam tribuo.

§. XIII.

Cum itaque ex hætenus enucleatis constet, nullam Rempublicam nullamque civitatem fingi posse, quam  
non



non constituent *Cives*, adeoque non minus ubi penes unum vel pauciores quam ubi penes omnes summa potestas est existere *Cives*, non incommode definitur *Civis* in tota sua latitudine quod sit *Socius particeps jurium quæ ipsi in societate civili competere possunt. vid. Dn. Mejer sup. cit. loc.* quæ definitio ut non est Aristotelicæ contraria sic naturam veri *Civis* exponit & removet, qui nomine *Civium* commode venire non possunt; quales sunt in *Rep.* privilegiati, jus contrahendi habentes: In certum collegium recepti: Censum & tributum solventes: In matriculam relati. Nam privilegium privilegiatum non *Civem* constituit. Peregrinis etiam jus contrahendi convenire potest. Multi sunt *Cives* certo collegio non inclusi & non *cives* ab universitate haud remoti. Ad tributorum solutionem & subditi obstringuntur, *Civibus* quandoque ab ejusmodi præstatione solutis. Matricula præsupponit non constituit *Civem*, & per accidens *Cives* eidem inferuntur.

§. XIV.

Ut nunc *Civis* jurium in societate civili particeps, sic vicissim admodum illi adstrictus est, & adeo quidem, ut duarum *Rerum* publicarum *Civis* esse nequeat. Sane rationes quibus id probatum demus, omni exceptione majores suppetunt. *Civis* enim (1) omnem suam operam, fidem ac bona omnia per homagium offert & promittit *Civitati*, quomodo vero illa in plures *Civitates* dividi possit, nisi personas multiplicare velimus. Sed nemo unquam vidit, nec fieri potest, tempore uno homo idem duobus locis ut simul sit, ait *Amphit. apud Plaut. in Amabt.* (2.) *Civitates* diversæ diversos habent fines, imo





fieri potest, ut bello implicentur: Non ergo unus Civis pluribus Civitatibus simul omnem suam operam suaque officia locare potest. Et quemadmodum (3.) unum membrum corporis Physici non potest duorum pluriumve corporum esse: ita cum Civitates nihil sint aliud, quam moralia corpora, fieri non potest, ut unus Civis unum membrum morale sit duarum vel plurium Civitatum, duorum vel plurium corporum moralium. *vid. Cellarius in Pol. c. 7. §. 13. l. 1. Prætorius in sua Pol. in puncto 5. de Civitate p. m. 205.* Non est quod objiciatur: Potest quis in aliis generis societatibus, e. g. in nuptiali, herili & paterna vivere sicque referri ad plures terminos: Quid ergo obstat, quo minus aliquis duarum Civitatum Civis esse possit? *Respondemus:* Obstat membrorum in societatibus his viventium diversitas; Membra in societatibus simplicibus, quales sunt nuptialis, herilis & paterna, ad id non sunt adstricta, ut tota in unum unius societatis finem operentur, cum unus homo maritus, herus & pater simul esse queat: At finis Societatis maximæ, quæ est Civitas, ita comparatus est, ut ad ejus consecutionem omnem suam operam, studium suum omne quilibet Civis conferre debeat.

§. XV.

Hinc sustinetur eo commodius divisio *Civis* in *imperantem* ac *parentem*. In Monarchia solus Rex: In Aristocratia optimates: In Democratia universi Civium imperantium nomine veniunt. Parens dicitur, qui actu alterius imperio subest. Cives parentes sunt omnes præter Regem in Monarchia: Omnes præter optimates in Aristocratia: In Democratia singuli. Cum grano (ut ajunt)



ajunt) salis accipienda Civis distinctio in *plenum* & *minus plenum*, ubi ille, qui omnia ac singula jura in Civitate habet, hic, qui non omnibus ac singulis juribus in Civitate fruitur, scilicet respectu Civis democratici; In abstracto vero omnis Civis plenus est. Alius Civis itidem *Nobilis* est, alius *Plebejus*. Nobilis qui propter suam nobilitatem singulari dignitate in Civitate gaudet. *Tres* vulgo statuuntur *Nobilitatis gradus* primus in primo acquirente: Si quis parentibus inferioris sortis natus, tantis Virtutum ornamentis se conspicuum reddat, ut gloriam nanciscatur summam, ac Nobilis titulum occupet. Alter Nobilitatis gradus conspicitur in filiis, quos parentes ad primum Nobilitatis gradum ob suas virtutes eveci, gignunt. Tertius denique Nobilitatis gradus deprehenditur in nepotibus ac pronepotibus suorum avorum & proavorum æmulis admodum strenuis; Isti enim summum Nobilitatis gradum consecuti censentur. Unde est illud tritum: *Nobilitatem in primo acquirente incipere, in filiis pubescere, in nepotibus adolescere, & tandem in pronepotibus naturam & perfectam aetatem nancisci.* Sed tertiam Nobilitatis speciem vel gradum plus splendoris continere, ut non abnuo, sic eam perfectam primam & secundam imperfectam neutiquam admitto. Hinc obscurum esse non potest, quid per plebejum vel non nobilem Civem intelligamus, nimirum eum, qui nullo Nobilitatis genere valet. Reliquas Civium species incudi submittere, non judico operæ pretium, nec otium admittit, & quia ex his Civis natura perspicua, quam indagare unice intendi, ideo tempus monet

Jam littus legere & terris advertere proram.

S. D. G.

B 3

CO



## COROLLARIA.

I.

Datur utique aliquod privatum bellum, quod est juris naturalis.

II.

Non est illicitum, advenientes osculo salutare.

III.

Rectissime cum jure Naturæ convenit *l. 4. §. 3. ff. de condict. ob turp. l. injust. caus.* Meretrix turpiter facit quod sit meretrix, non autem turpiter facit, quod accipiat, cum sit meretrix.

IV.

Castitas in eo non consistit, quod quis nullam attingat mulierem.

V.

Concubinatus in Republica tolerari non debet.

VI.



VI.

In precio emptionis & venditionis naturaliter licet contrahentibus se circumvenire.

VII.

Virgo per vim contra voluntatem suam oppressa, estne adhuc vera virgo? Pudicitiam non perdidit.

VIII.

Maritus juramento Uxori imperandi potestatem pollicitus, non tenetur id præstare.



Recte



**R**ECTÈ Tui memor de Cive  
rejusque officio differis, O-  
PTIME JANSONI, qui ha-  
ctenus vixisti Academiae nostrae  
Civis non inglorius. Sequere  
magno conatu eam viam ad quam  
& tua Te natura fert, & Tibi hor-  
tatores non defunt. Perge poli-  
ticam scientiam jungere legali,  
quò patriæ tuæ eò majora feras  
commoda longum æmulus lau-  
dum patris inclitarum. Sic vive in  
studiis, ut ea omnia, quæ vulgò  
maximi fiunt, alto asperneris ani-  
mo. Si quid est, in quo operam  
meam desideres, non deero. Va-  
le. Dat. Jenæ VII. Calend. Julias  
c̄l̄o c̄l̄o LXXXIII.

T.

PETRUS MÜLLERUS, D.  
& Pandect. Profess. Publ.

Zwen



Zwey Schwestern sind mit mehr als Schwesterlichen  
Banden  
Verknüpfft / wer eine liebt / und ehrt die andre nicht /  
Darff glauben / daß / sodann Ihm beyder Gunst ge-  
bricht ;  
Und daß Er Ihm hiermit selbst hat im Licht gestan-  
den ;  
Weil die / so Er verlacht / die Dörner grosser Schand-  
den  
Und grober Barbarey um seine Schläffe flicht :  
Wer aber beyde küßt / und ist auf sie erpicht /  
Den krönen sie mit Ruhm und Lob' in allen Lan-  
den /  
Sein Haupt muß Rosen Pracht und Lorbeer-Grün  
umgeben /  
So wird nun zweiffelsfren / HERR JANSEN /  
auf dem Thron  
Der Ehre glänzend stehn / weil niemahls lassess Stre-  
ben  
Nach dieses Paares Gunst verdienet diesen Lohn :  
Das Opffer / so Er bringt zum Erstling seiner  
Liebe  
Zeigt / was die andre hofft vor reine Liebes Trie-  
be.

Dieses setzte Glückwünschend seinen  
werthesten Freunde

J. B. Frieße / D.

C

CI-



**C**IVIS in officium ceu te rapit in-  
dolus ardor  
Patria sic doctò meritò te Ci-  
VE superbit.

*Honoris causa scribeb.*

Joh. Frischmuth/  
P. P.

---

**P**ingitur hic Civis: Concivi plau-  
dite Cives,  
Qui valet ingenio, Civeque  
digna sonat.

Quem sua vita probat Civem, mo-  
resque coronant,  
Is de Cive bono non male verba  
facit.

Talis es, & cunctis Tua Virtus ta-  
lia spondet:  
Efformat Civem vox Tua, vita  
refert.

Civem



Civem Palladiæ Gentis Te Jena  
salutat,  
Quem doctos inter Nomen ha-  
bere cupit.  
In Te spes Patriæ dudum defigitur  
ingens,  
Atque Tuam Civis sperat anhe-  
lus opem.  
Te, precor, excipiat læto Respu-  
blica vultu,  
Et tandem laudes Civis ad astra  
ferat.

*Nob. Dn. Autori Respondenti prosperos suc-  
cessus gratulans adprecansque  
facieb.*

L. Valentinus Belthem/  
P. P.

---

**C**ivis naturam dum definire laboras,  
TE Civem esse bonum comprobat  
iste labor.

Egre-



Egregium facinus! Nam copia larga bono-  
rum.

Illi respondet, quem juvat esse bonum,

*Hæc pauca in honorem Nobiliss. DN. Autoris  
Respondentis, Fautoris & amici sui sin-  
gulariter æstimandi adjicere  
voluit*

**M. Gottfried Pfeiffer/  
Eisenbergensis.**

---

**Q**uæ deceant Civem: Patriæ spes ma-  
gna, docendo  
Monstras Ingenii maxima dona Tui,  
Utere his porro, quo major gloria crescat  
Ex studio, & quondam præmia digna feres.

*Faucissimis hisce Nobiliss. Dn. Disputantem Aut.  
Commensalem suum honoratissimum proli-  
xum affectum suum demonstrare  
voluerunt*

**Excell. Dn. D. FRISII,  
Præf. Jen.  
COMMENSALES.**

---

**F I N I S.**





ULB Halle

3

004 216 253



Kont









11693.

AUXILIANTE DEO, <sup>3</sup> 1683, 5 8

ET  
Benevolo Amplissimæ Facultatis  
Philosophicæ Consensu  
DISPUTATIONEM PHILOSOPHICAM

DE  
**C I V E,**

SUB PRÆSIDIO  
**DN. JOH. BERNH. FRISEN,**

Philosoph. & J. U. D. nec non Præ-  
fecti Jenensis,

*Domini Patroni, Præceptoris ac Hospitis summa  
observantia colendi,*

Die 30. Junii A.O.R. clō Iōc LXXXIII.

In incluta hac ad Salam Academia,

*Publica Eruditorum disquisitioni  
exposuit,*

**EMANUEL GOTTLIEB JANSEN,**  
Anhaltino-Cotheniensis.

A. & R.

J E N Æ,  
Literis JOH. DAV. WERTHERI.

